



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

XVI. De Executione rei judicatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

ne proferet: alias si non iudex, sed alius legerit, vel scrip-
tam litigatoribus tantum ediderit, vel stando, non se-
dendo tulerit, nullius penitus momenti erit, ut ab ea nec
appellare necesse. Episcopo tamen, quem tantæ dignita-
tis apex attollit, infra personarum illustrium sententiam
per alium recitare permittitur.

Ex pluribus iudicibus sufficit, quod unus recitet sententiam us-
que plurali numero: sicut in actu electionu. h. d.

Ed a & si plures iudices sint, vel arbitri, si ceteris præ-
sentibus, ac mandantibus per unum tantum sententia
recitatur, si plurali numero perlegendus usus fuerit,
peninde habebitur, ac si ab omnibus recitata fuerit, licet
aliud in electione seruetur.

Si duo iudices ordinarii sententias diverfas fecerint, tenet senten-
tia lata pro reo, nisi alteri causa sit favorabilis: si vero delegati,
sententia pendet ex voluntate delegantis: si vero arbitri, neutra
vincit: si vero unus tantum ex pluribus pronunciat, nulla erit
sententia. h. d.

Ex facto & dubitatum fuit, duobus iudicibus diverfas
proferebantur sententias, utra sit habenda potior: in
qua specie responsum est, quod si ex iurisdictione ordi-
naria processerint, tenet pro reo, non pro actore lata sen-
tentia, nisi agentis causa sit favorabilis: ut patet, libertatis,
dotis, matrimonii. Si vero ex delegata, utraque ex de-
legantis pendebit arbitrio. Quod si ex compromisso, ut-
traque firmitatis robore destituitur. Quod si pluribus e
iudicibus datus unus tantum ex eis pronunciasse propona-
tus ad eas sententias vires obtinebit, ut nec provoca-
tionis remedium necessarium sit futurum.

Iudex secundum leges, & consuetudinem, debet quilibet
iudicium summus Pontifex, qui tamen ex causa potest ab illis re-
cedere. h. d.

Ed live ordinarius sit, live delegatus iudex, in primis
illud observare debet, ne contra id iudicet, quod legi-
bus, aut Canonibus proditum sit, alioqui ipso iure sen-
tentia non subsistet. d. In causis quoque, quæ summi
Pontificis & iudicio decidentur, cum in similibus causis
ceteri teneantur iudicare, similiter juris ordo, & vigor a-
quiritatis subtiliter observandus erit, nisi cum ille aliquid
causa necessitatis, & utilitatis dispensative duxerit statu-
endum.

Licet sententia lata contra ius constitutionis sit nulla, secus tamen
est in sententia lata contra ius litigatoris. Et quando dicitur lata
contra ius constitutionis, vel contra ius litigatoris. h. d.

Si tamen sententia non contra ius constitutionis expref-
se à iudice lata fuerit, sed contra ius litigatoris, cum iure
quidem teneat, legitimis mediis retractanda erit. Di-
citur autem iudex contra ius constitutionis pronunciasse,
veluti cum defunctus, & minor quatuordecim annis suis-
sistitur, & testamentum iure fecisse pronunciat.
Contra ius vero litigatoris, veluti cum minor quatuordecim
annis, annum quatuordecimum implevisse, ac per
hoc testamentum iure fecisse asseritur.

Quia contra leges & consuetudinem, corruptus iudicat, variè privi-
legi. h. d.

Is autem si, qui in gravamen partis alterius in iudicio
aliquid iniuste fecerit per gratiam, vel per sordes, live
ordinarius, live delegatus sit, ab executione officii per an-
num suspendendus erit, & ad affirmationem litis parti,
quam laeserit, nihilominus condemnabitur, & si suspen-
sione durante divinis sese ingererit, irregularitatis quo-
que laqueo inmodabitur, à qua non, nisi per sum-
mum Pontificem, liberari poterit, aliis quoque legum
animadversionibus coerebitur: cum dignum sit, ut qui
in multis audeat offendere, poenæ etiam multiplici sub-
datur.

a Cpen. en. tit. in 6. b Csi. extr. eod. tit. c Ca. ei qui s. si ve-
ri. v. si plures. 2. q. 6. d Ca. i. extr. eod. tit. e C. in causis.
en. tit. f C. ad. tit. in 6.

Sententia lata, postquam per decem dies non fuit appellatum, re-
gulariter retractari non potest. h. d.

Lata tamen sententia, nisi per appellationem intra ter-
minum lege constitutum suspensa fuerit, amplius re-
vocari non poterit. Cum a enim post decem dierum
spacium sententia in auctoritatem rei iudicata transeat,
qui ad provocationis subsidium intra id temporis spacium
non recurrit, ideo appellandi sibi aditum præcludit, quia
per hoc videtur interpretatione juris velle late sententiam
obtemperare. Excipiuntur tamen multi casus, in qui-
bus sententia etiam post decem dies rei iudicata firmita-
tem sibi vindicare non valent, veluti cum de matrimo-
nio b est questio, aut servata sententia salus animæ in-
discrimen adducitur, & alii plures.

Res inter alios acta alius præiudicium regulariter non adferat.
h. d.

De eo quoque admonendi sumus, quod etsi senten-
tia transeat in rem iudicatum, præter eos, inter
quos dicta fuerit, regulariter neminem lædet: si quista-
men e, cum sibi primum de ea re actio, vel defensio
competeret, sustinuit sequentem agere, aut passus est
eum, à quo causam habuit, experiri, ipse quoque sentiet
ex re iudicata præiudicium.

DE EXECVTIONE REI IUDICATÆ.
TITVLVS XVI.

Sententia lata in reali actione mandatur executioni statim, in
personali vero post quatuor menses: qui terminus potest brevior,
& prorogari. h. d.

Si igitur sententia late legitima appellatio non oc-
curret, intra statuta tempora executioni mandan-
da erit. Sed multum intererit, utrum super reali,
an vero super personali actione sententia lata fuerit. Pri-
mo enim casu, statim: secundo non, nisi post emissa
quatuor mensium spacium executioni mandabitur. Licet
autem quadrimestre tempus in personali actione sit re-
gulariter statutum, ex causa tamen nonnunquam & ar-
bitri, & prorogari potest. Sed qui ab initio terminum
recipit sponte brevior, sibi id imputare debet, cum
ex voluntate propria juris beneficium contempsisse vi-
deatur. Unde postea non audietur appellans nisi forte
adversus eum modus executionis Canonicus excedatur,
sive ab ordinario, sive à iudice delegato, sive etiam ab ar-
bitro res iudicata fuerit.

Delegatus à Principe potest propriam sententiam intra annum
exequi. h. d.

Ed d si ordinarius ad mandatum iudicis à Principe
delegatus nolit, aut quibusdam obstantibus sententiam
ab eo latam suo effectui mancipare nequeat, datus ipse
iudex illam executioni mandare poterit, & resistentes Ec-
clesiastica sententia coercere, & non solum usque ad qua-
drimestre tempus, quod ad solvendum debitum à lege re-
conceditur, sed usque ad annum integram ad exequen-
dam sententiam, iurisdictionem exercere poterit.

Iudex deputatus super executione sententia, admittit exceptio-
nem fraudis seu nullitatis, non ut super ea pronunciet, sed ut negotium
ad superiorem, qui iudicavit, transtulit. h. d.

Quod e si Princeps propriam sententiam per aliquem
executioni mandari iubeat, & circa negotium fraudis
intervenisse dicatur, executori de toto negotio cogno-
scendi facultas non erit, sed ad superiorem quaestiones, si
quæ inciderint, deferri oportebit.

Iudex ordinarius tenetur exequi sententiam delegati à Principe
etiam iniustam. h. d.

Um igitur regulariter contingat, quod executio sen-
tentia ordinario demandetur, quæri poterit, an sit
ipsam iniustam esse cognoverit, executioni eam mandare

a C. quod ad consultos. s. taliter. ext. en. tit. b Ca. lator. ext. eod.
tit. c Cpen. ext. eod. tit. d C. significasti nobis. ext. de offi. deleg.
e C. de cetero. ext. de sens. & re iud.



127

debet, an sit ei substitendum potius? in qua specie responsum est, quod cum ordinarius delegatus teneatur obsequi, licet sententiam non esse iustam noverit, exequi nihilominus tenebitur, cum sibi non cognitio, sed executio tantum fuerit demandata, nisi a dato iudice impetrare valeat, ut ab hoc opere ipsum liberet: nec enim debet iudicis delegati mandato violenter resistere, sed & apud eundem instare poterit, ut executionem tandiu differri pariat, donec principi rei veritas innotescat.

Si Papa scienter commisit appellationem interpositam a suo delegato dato cum clausula, appellatione remota, jurisdictionis primi delegati est suspensa, quoad executionem, h. d.

Sed quid si cum a sententia lata autoritate literarum Apostolicarum, in quibus inhibita fuerat appellatio, provocatum fuerit, & litera post appellationem ad alios iudices emanaverint, an ad mandatum posteriorum iudicum executio sententiae a prioribus delegata retardari debeat? & quidem cum Apostolicis aliis iudicibus appellationis causam ex certa sententia committit, & appellationem videtur recipere, & simul priorum iudicum revocare jurisdictionem. Vtique eo igitur sententiae suspenditur executio, donec appellationis merita plenius discussa fuerint.

Postulatio restitutionis in integrum differri executionem, h. d.

Datur & casus alii, in quibus licet sententia in rem transierit iudicatum, differenda nihilominus erit executio: ut puta, si non proterandi causa in integrum restitutio petita fuerit, & alii plures.

DE APPELLATIONIBVS. TITVLVS XVII.

Quid sit appellatio, & quare inventa, h. d.

Appellandi usus praecipue iudicantium iniquitatem corrigit, & imperitiam detegit. Est autem appellatio jurisdictionis prioris iudicis per superioris invocationem legitime facta suspensio: vel, appellatio est provocatio ad maiorem iudicem, ratione gravaminis illati, vel inferendi.

Appellatio alia extrajudiciali, alia judiciali. Et de iure Canonico etiam extra iudicium appellatur, quae appellatio provocatio dicitur, h. d.

Appellationum duae sunt species. Aut enim extra iudicium appellatur, aut in iudicio. Extra iudicium appellatur, cum quis ante litis ingressum, & ab aliquo gravamine appellat, ut puta a ab electionibus, postulationibus, provisionibus, & quibuslibet extrajudicialibus actibus, ex quibus se gravatum putat. Licet enim seculares Reges & non, nisi in casibus, ante sententiam appellationem admittant: sacri tamen Canones etiam extra iudicium passim appellare permittunt: nec solent huiusmodi iudici proprie appellationes, sed provocaciones.

Appellatio judiciali dividitur in duas species, h. d.

Rursus in iudicio appellatur, aut ante diffinitivam sententiam, aut postea. Antea appellatur, ut cum ab interlocutoria, vel alio gravamine provocatur. Postea, ut cum ab ipsa diffinitiva sententia appellatur.

Appellans ab interlocutoria, debet in scriptis appellare, & intra triginta dies Apostolos petere, & exhibere contentas causam appellationis, alias causa censetur deserta, h. d.

Multum autem interest, ab interlocutoria quis provocet, vel alio gravamine, an a diffinitiva: nam g primo casu, & causam appellationis in scriptis assignare, & a iudice infra triginta dies instanter petere debet literas dimisorias, & eidem intra dictum temporis spa-

cium debent ab eodem iudice exhiberi, contentes & appellationis causam, & cur appellatio non sit admittenda, vel si appellationi forsitan ex superioris reverentia sit delatum. Alioquin, si eos intra idem tempus appellans petere praetermittat, appellationi suae renunciasse putabitur, etiam si vadat, aut mittat ad appellationem huiusmodi proseguendam.

Petit tres casus, in quibus ob non petitis Apostoli causa infertur, h. d.

Idem juris est, si iudex, a quo appellatur, certum terminum appellanti ad recipiendos Apostolos assignaverit, & appellans in assignato sibi termino non compareat, nec eos sibi tradi petat: idem & si iudex appellanti responderit intra juris terminum se daturum, nec intra dictum spacium congruo loco & tempore instanter & expressis literis uno contextu petierit, vel sibi oblatos appellata recipere recusataverit.

Tacitis & expressis eadem est virtus, h. d.

Quod si iudex, e in termino per eum praefixo impetenti non dederit, aut si dum petentur, vel intra juris terminum, vel nullo certo termino praefixo, se daturum asseruerit, post ea per appellatam congruo loco & tempore, saepius & instanter, unico etiam contextu requisitus eos exhibere non curaverit, perinde propria appellationem proseguat appellans poterit, ac si ea expressis fuissent Apostoli denegati. Alia quoque agenda sunt, prout ex tenore tam Innocentianae, d, quam aliorum constitutionum luculenter apparet.

In appellatione a diffinitiva non est necessaria causa petendi, h. d.

In appellationibus autem, e a sententia diffinitiva interponendis nec causam reddere tenetur appellans, nec etiam supra dicta diligens observatio per omnia sibi locum vendicat.

In appellatione ab interlocutoria debet talis causa allegari, quae si esset vera, repararetur legitima, h. d.

Cum autem ex probabili causa ab interlocutoria quis duxerit appellandum, talem tenetur proponere, quae si probata fuisset, deberet legitima reputari, de quo postea superior cognosceret: nec enim sufficit appellanti probare, quod ex causa huiusmodi appellavit, si eam non doceat esse veram, nisi hoc se offerens probaturum non fuisset admittitur.

Is qui minus rationabiliter appellavit, condemnatur in expensis ad inferiorem iudicem remittitur, nec potest per alium casum prosegui, quam expressis, h. d.

Quod si iudex minus probabiliter appellatum esse compererit, appellatam ad inferiorem iudicem remittet, & in expensis alteri parti condemnabit, alioquin ipse procedet, nec licet appellanti alias causas prosequi, quam quas in appellatione sua nominatim expresserit.

Si dicitur ex iniusta causa appellatum, iudex ad quem, movetur non potest, nisi prius recepta appellante, ut probabit, incipiat cognoscere de causa veritate, h. d.

Quod si objiciatur, non ea legitima causa ante sententiam appellationem interpositam, & propterea non admittendam esse, nisi prius appellatione recepta, velut emissa ex causa probabili, iudex superior cognoscere incipiat, ne procedat, inferiori prohibere non poterit.

Cessante causa cessat effectus, h. d.

Sed & si iudex sano usus consilio: ab eius executione desisterit, quod comminando, vel interloquendo in gravamen partis protulit, non obstante, quod ab huiusmodi comminatione, vel interlocutione pro-

a. C. si quando ext. de off. del. b. C. suscitata. ext. de in integ. restit. c. Can. cum sit. & si vero. ext. eod. d. C. concerrationi. eod. de an. e. Can. super eo. Clem. secundo. ext. eod. f. d. cap. cum sit. ext. eod. g. C. i. eod. tit. in 6.

a. C. ab. eo. tit. in 6. b. Clem. 2. eod. tit. in princ. c. Clem. 2. h. fin. eod. tit. d. C. eod. tit. in 6. e. C. i. vers. u. qui. ubi. gloss. ad. tit. in 6. f. Canterpostia. in princ. ext. eod. g. C. cum appellatio. eod. tit. in 6. h. C. Romana. 4. quid si objiciatur. eod. tit. in 6. i. C. cum cessante. ext. eod. tit.

